UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

80 Ioannes de Walenroda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64596

Visual Library

LXXIX. IOANNES DE BAVARIA.

VErum Pontificem, Vrbano defuncto ſuffectũ agnouit, & miſſis Legatis, veneratus eſt, ſeque, & Diœceſin Leodienſem, illi commendauit Viginti nouem annis Leodienſem Sedem tenuit: ac deinde reliquit, vxoremque duxit.

LXXX. IOANNES DE WALENRODA.

SVcceſſit Bauaro Ioannes de Walenroda, cum priſcis Eccleſiæ Leodienſis Fundatoribus, Suffrido iudice, comparandus. Ordines Sacros, & Confirmationis Sacramentum, ipſe conferebat, in Miſſarum celebratione, alijſque Diuinis Officijs aſſiduus. Sed, vt virtus im-

pijs odio eſt, primo Epiſcopatûs ſui anno, veneno perimitur, anno 1419.

LXXXI. IOHANNES HEINSBERGIVS.

EGregius hic Iuuenis, legitimè electus, & à Martino V. Pontifice legitimo, ritè confirmatus, contra Huſſitas hæreticos, cum multis alijs Principibus Viris, Cruce ſignatus, in expeditionem profectus eſt. Obijt anno 1456. cum proximo anno antè, in gratiam Borbonij, Epiſcopatu ceſſiſſet.

LXXXII. LVDOVICVS BORBONIVS.

TOtos viginti ſex annos bellis, & tumultibus exercitus, Fidem tamen Catholicam retinuit, & moriens Eccleſiæ Leodienſi